

- MCCCLXIX. VIII. martii. Facultas Petro Zucco Ord. FF. Praedicatorum absolvendi, et poenitentias dandi popularibus Alexandriae, et finitimorum locorum *Aq. Dioec.* ab Episcopo Aquensi facta. Ex eodem Chartulario. col. 355. n. 340.
- MCCCLXIX. Acta ordinationis D. Melchioris ex MM. de Este in Episcopum Osnabrugensem, in quibus habentur litterae Urbani V. concedentis eidem, ut ordinari possit a quolibet Ecclesiae Catholicae Episcopo cum formula juramenti, quod coram ipso praestare deberet: secundo aliae Guidonis Episcopi, quibus testatur contulisse eidem presbiteratus ordinem die XVII. martii; postea adsistentibus fratribus, ac Episcopis Jacobo Milepotensi, Dalmatio Licomensi, et Nicolao Curlatensi eum ordinasse Episcopum die 18. martii in Ecclesia S. Mariae de Quinzano de Nicia. Ex eodem Chartulario. col. 356. num. 341.
- MCCCLXIX. VIII. novembris. Ast. Revocatio collationis Ecclesiae S. Petri Fibinarum factae ab Archidiacono Ecclesiae Alexandrinae, et nova ejusdem institutio ab Episcopo Aquensi facta. Ex eodem Chartulario. col. 358. n. 342.
- MCCCLXIX. XIII. decembris. Bistagni. Collatio Ecclesiae S. Laurentii de Occimiano Diocesis Vercellensis Gulielmo Bavae Canonico Astensi facta ab Aquensi Episcopo sicuti delegato a D. Ademaro Episcopo Bethlemitano per litteras an. MCCCLXV. XVII. martii. Ex eodem Chartulario. col. 359. n. 343.
- MCCCLXX. VI. martii. Bistagni. Suspendio interdicti in oppido Incisae, ac finitimis ejusdem locis concessa ab Episcopo Johanni Marchioni Incisae. Ex eodem Chartulario. col. 363. n. 344.
- MCCCLXX. VI. martii. Bistagni. Collatio clericatus in Ecclesia SS. Fabiani, et Sebastiani Carentini *Aq. Dioec.* facta Guiscardo Bragio ab Episcopo Aquensi. Ex eodem Chart. col. 363. n. 345.
- MCCCLXX. XI. martii. Aquis. Locatio vectigalium civitatis Aquensis ad conficiendam pecuniam pro emtione civitatis Albae ex praecepto Marchionis Montisferrati. Suppl. col. 504. n. 77.
- MCCCLXX. XXVII. martii. Bistagni. Litterae pro collata tonsura Bragio de Carentino *Aq. Dioec.* a Guidone Episcopo. Ex eodem Chartulario col. 364. n. 346.
- MCCCLXX. VIII. octobris. Bistagni. Facultas absolvendi in locis Alexandriae, Quargnenti, Solerii, Castellatii, Ugularum, et Casalium *Aquensis Dioecesis* data FF. Ord. Herem. Conv. Alexandriae ab Episcopo Aquensi. Ex eodem Chartulario col. 365. num. 347.
- MCCCLXX. XXVIII. octobris. Aquis. Facultas Archipresbitero Fubinarum celebrandi duas Missas concessa ab Episcopo Aquensi. Vide not. p. ad doc. n. 329.
- MCCCLXXI. II. septembris. Aquis. Mandatum Notario extrahendi chartam ex registris. Vide not. p. ad doc. n. 281.
- MCCCLXXIII. XXV. martii. Bistagni. Denunciatio electionis Vicarii Capitularis post mortem Episcopi Guidonis Canonicis absentibus. Ex Tabulario Capituli. col. 365. n. 348.
- MCCCLXXIII. VI. septembris. Tertii. Litterae Jacobi electi Aquen., quibus publicat electionem Ministri Hospitalis de Balneo factam a Capitulo. Vide not. p. ad doc. n. 321.